sit prorsus ignoro Cui ille
Ego tibi quid sit narrabo
Dominus meus martinus episcopus
migrauit ex hoc mundo Et
nunc angeli canendo eum de-
ferunt in excelso Et ut pa-
rumper mora esset ut hec
audirent dyaboli eum cum
iniquis angelis retinere
temptauit Nichilque suum in-
eo de reperiens confusus abs-
cessit Quid ergo de nobis pec-
catoribus erit si tanto sacer-
dote noluit pars iniqua no-
cere Hec sacerdote loquente
notato tempus archidiaconus
turonos misit uelociter qui
hec diligenter inquireret
Qui ueniens eo die horaque
manifestissime cognouit tran-
sisse beatum virum quo fratres se-
uerinus audiuit psallentium
chorum Sed et si ad pueri
recurramus hystoriam ipsa
hora eum sibi scripsit cum
libro uite sue fuisse reue-
latum

sancti ambrosij
sancti martini

[E]o tempore beatus
ambrosius cuius hodie
flores eloquij per totam ecclesiam
redolent mediolanensi ci-
uitati preerat episcopus
Cui celebranti festa dominica
diei ista erat consuetudo ut
ueniens lector cum libro non
antea legere presumeret quam
sanctus nutu iussisset Factum est
autem ut illa die dominica
prophetica lectione iam lecta
ante altare stante qui lec-
tionem beati pauli proferret
beatissimus antistes ambro-
sius super sanctum altare ob-
dormiret Quod uidentes
multi cum nullus eum penitus
excitare presumeret trans-
actis fere duarum aut trium
horarum spaciis excitauerunt
illum dicentes Iam hora
preterijt iubeat dominus
lectorem lectionem legere Ex-
pectat enim populus ualde
iam lassus Respondens autem
beatus ambrosius Nolite
inquit turbari multum enim
michi ualet sic obdormisse
cum tale miraculum dominus osten-
disse dignatus sit Nam
nouerit fratrem meum mar-
tinum sacerdotem egressum de
corpore fuisse me autem
eius funeri obsequium pre-
buisse peractoque ex more
seruicio capitellum tantum
uobis excitantibus non expleui